



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

OBISPADO DE ASTORGA.

SECRETARÍA DE CÁMARA
y Gobierno
DEL OBISPADO DE ASTORGA.

CONTINÚA la suscripción de donativos voluntarios abierta en esta Diócesis á favor de la Santa Sede.

	Rvn.	Cént.
<i>Suma anterior.</i>	5,103	70
D. Tomás Cadierno, pbro.	10	
Un devoto de S. S.	36	
El párroco de Lomba de Sanabria.	60	
De la testamentaria de un Sacerdote.	600	
El párroco de Redelga.	10	
Una familia de esta ciudad.	20	
El coadjutor de Calzada de Tera.	12	
De la testamentaria del párroco que fué de Sardonado.	100	
D. Andrés R. de Cela, ve-		

cino de Astorga.	40
El párroco de Piedrasalbas.	22
El coadjutor y feligreses de Vilela.	40
El párroco de Seoane.	50
D. Juan R. de Cela, vecino de Boisán.	20
D. ^a Angela Piedad, de id.	8
D. Luis Campano, de id.	4
El arcipreste y párroco de S. Martín de Quiroga.	40
El párroco y feligreses de Paladinos del Valle.	50
El coadjutor de Manzaneda de Trives.	20
El arcipreste y párroco de S. Mamed de Trives.	40
El coadjutor de Casdeno-	20
dres.	
<i>Suma.</i>	<u>6,305 70</u>

(Continúa abierta la suscripción.)

Astorga, 30 de Setiembre de 1884.
Pedro Rodríguez López, *Secretario.*

El Iltmo. Señor Obispo de Palencia, con dimisorias de S. S. I. el Obispo, mi Señor, confirió órdenes menores y mayores á los Señores siguientes en los días 19 y 20 del corriente mes.

Prima, Grados y Epístola.

- D. José Basalo, natural de Cernado.
- D. Pedro Fernández Rodríguez, de Castrogonzalo.

Epístola.

- D. Alejandro Álvarez Benavides, de Filiel.

Evangelio.

- D. Juan Francisco González García, de Paradela de Rubiales.
- D. Santiago Felipe Álvarez Pérez, de Castromao.

Misa.

- D. Claudio Núñez Álvarez, de Castelo de Cascallana.
- D. Domingo Osorio García, de Astorga.
- D. Maximino Macías, de Sta. Cristina de Castromarigo.

Astorga, 30 de Setiembre de 1884.
—Pedro Rodríguez López, *Secretario.*

REGLAS

PARA LA EJECUCIÓN DE LA ENCÍCLICA
CONTRA LOS MASONES.

Se ha publicado ya el texto latino de la instrucción dirigida por la Santa Romana y universal Inquisición á todos los Obispos del orbe católico, y allí se les proponen los medios de que pueden valerse para rea-

lizar los saludables designios del Sumo Pontífice León XIII en orden á impedir y atajar los horrendos estragos de la masonería. He aquí muy sumariamente las preciosas indicaciones de dicha Congregación:

I. El sumo Pontífice se acuerda ante todo de su benignidad, y quiere que se suspenda por espacio de un año la obligación de denunciar á los corifeos de la secta, y concede á todos los confesores facultad para absolver de censuras á los masones arrepentidos. Este primer año ha de ser de clemencia, durante el cual se procurará excitar á las almas con santos ejercicios, según se practica en las misiones, á meditar las verdades eternas, y renovar los afectos y propósitos propios de la vida cristiana.

II. Quiere tambien el Padre Santo que se empleen los medios más eficaces para desenmascarar á los masones, poniéndose de manifiesto sus trazas nefandas y perversas, persuadiéndoles, ora hayan entrado en la secta por imprudencia temeraria, ora por malicia consumada, á que vuelvan á las vías de la salud, y previniendo á los que no han caído en el lazo á que vivan alerta y huyan de la seducción. Para este fin conviene excitar la industria y celo de los Párrocos y utilizar la pericia de los escritores y oradores católicos, y de los confesores y maestros de la juventud; todos ellos deben cooperar en esta santa empresa.

III. Que se divulgue y haga saber á todos que la secta masónica, y las demás de su laya, están condenadas con la pena de excomunión de sus miembros con excomunión *latæ sententiæ*.

IV. Conviene saber y pregonar

que además de tales sectas hay otras muy perniciosas, principalmente aquellas que exigen inviolable secreto y obediencia ciega á sus jefes, manden lo que mandasen; de todas debe procurarse que huyan los fieles, tanto más cuanto que suelen ocultar el veneno de su horrenda malicia bajo el velo de cierta apariencia de honestidad.

V. Que al género comun de predicación de la palabra de Dios se añada el que mas conviene, especialmente para refutar los errores contrarios á la fé, y para exponer clara y ordenadamente la admirable hermosura, integridad y pureza de la religión católica, única verdadera y para engendrar y avivar el amor que se debe á la Iglesia que la conserva por modo maravilloso íntegra y pura en toda la série de los tiempos.

VI. Que se cuide muy particularmente de los niños, y adolescentes informándoles y previniéndoles desde sus primeros años, cuando son educados en la piedad, ora en el seno de las familias cristianas, ora en las escuelas tambien cristianas, de los horrendos peligros con que les amenazan las sectas cuando sean ellos mayores, peligros de condenación eterna. Para este fin será muy saludable reunirlos en sociedades y congregaciones puestas bajo el patrocinio de la Santísima Virgen ó de algún otro celestial patrono, y que en reuniones presididas de Sacerdotes ó seglares eximios sean excitados á profesar la religión sin respeto humano, despreciando las necias burlas de los impíos, y á concebir horror á todo lo que sea ajeno de la verdad y santidad católica. Tambien será utilísi-

mo para este fin que los padres y las madres católicas se junten y fraternicen para tratar de la educación cristiana de sus hijos, proveyendo á esta gran necesidad con medios los más eficaces.

VII. Que asimismo se provea á la preservacion y salud de los artífices y trabajadores, restableciendo la especie de familia industrial de la Edad Media, con sus santos Patronos, ejercicios piadosos y auxilios y remedios con que mutuamente se asistan en la vida y en la muerte.

VIII. Que sea practicada generalmente la devoción del santo Rosario, y exhortados los fieles á ingresar en la tercera Orden de San Francisco y en las Conferencias de San Vicente de Paul, y en las Congregaciones de Nuestra Señora la Santísima Virgen María.

IX. Finalmente, es sobremanera útil que allí donde las circunstancias de lugares y personas lo pidiesen, se formen academias católicas de ciencias, y celebren *Congresos* católicos á donde vayan varones muy escogidos de una ó muchas regiones á los cuales *Congresos* los mismos Prelados no se desdeñen de asistir, bajo cuyos auspicios se inicien los mejores pensamientos y se provea á su ejecución y cumplimiento. Aprovechará en este orden que todas las fuerzas unidas, bajo la dirección de los Obispos, se empleen en defender asiduamente con escritos y tratados los derechos de Dios y de la Iglesia, y rebatir los nuevos errores y cavilaciones que á cada instante pululan en estos dias. Unidas todas las fuerzas que por la gracia de Dios hay todavia vivas en la Iglesia y concordadas en un mismo pensamiento, no hay duda sino que darán excelen-

tes frutos, librando á la sociedad del contagio maligno de las sectas y fortaleciendo más y más la sagrada libertad de la Iglesia.

EX SACRA CONGREGATIONE INDULGENTIARUM.

DE INDULGENTIIS ACQUIRENDIBUS
AB IIS CHRISTIFIDELIBUS,

QUI RECITANT VERSICULOS

ANGELUS DOMINI

ETC. ET ANTIPHONAM

REGINA CÆLI ETC.

DECRETUM.—URBIS ET ORBIS.

Ad acquirendas Indulgentias, quas Benedictus XIII Litteris in forma Brevis sub die 14 Septembris 1724 concessit omnibus Christifidelibus, qui recitaverint versiculos *Angelus Domini* etc. ternasque Angelicas Salutationes; et quas Benedictus XIV die 20 Aprilis 1742 confirmavit pro iis etiam qui tempore paschali recitaverint Antiphonam *Regina cæli* etc. cum versiculo et oratione propria, necesse est illos versiculos, Angelicas Salutationes, Antiphonam et orationem recitari quando æs campanum dat signum. Necesse ulterius est pro hujusmodi recitatione versiculorum *Angelus Domini* etc. et Angelicarum Salutationum genua singulis vicibus flectere, si excipias dies dominicos a sabbati cujusque vespere et tempus paschale, quibus tum versiculi illi et Angelicæ Salutationes, tum Antiphona *Regina cæli* etc. cum versiculo et oratione propria stando dici debent. Jam vero plerique pii viri Sacram hanc Congregationem Indulgentiis Sacrisque Reliquiis

præpositam enixe precati sunt, ut aliquantulum illa duplex conditio adimplenda temperaretur. Siquidem non ubique gentium æs campanum ad hoc signum dandum pulsatur, aut pulsatur ter in die aut iisdem horis. Insuper contingere quandoque potest, quod signum æris campani, si detur, non audiatur ab omnibus, aut, si audiatur, aliquis Christifidelis, quominus in genua provolvat et statuta hora versiculos recitet, legitimo impedimento detineatur. Sunt tandem innumeri ferme Christifideles, qui versiculos *Angelus Domini* etc. et Antiphonam *Regina Cæli* etc. nec memoria, nec de scripto recitare sciunt.

Quapropter Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII ne tot Christifideles ob non adimpletas condiciones spiritualibus hisce gratiis priventur et quo efficacius omnes Christifideles ac divinæ Incarnationis et Resurrectionis mysteria perpetuo grateque recolenda incitentur, in audientia habita die 15 Martii nuper elapsi ab infrascripto Secretario Sacræ Congregationis Indulgentiarum et SS. Reliquiarum benigne indulgere dignatus est, ut omnes Christifideles, qui legitimo impedimento detenti non flexis genibus, nec ad æris campani signum versiculos *Angelus Domini* etc. cum tribus Angelicis salutationibus, alio versiculo *Ora pro nobis* etc. et oratione *Gratiam tuam* etc.; tempore verum paschali Antiphonam *Regina cæli* etc. cum versiculo et oratione propria; aut, si nesciant prædictos versiculos, Antiphonam et Preces tum memoriter dicere, tum legere, quinque salutationem Angelicam digne, attente ac devote sive mane, sive circiter meridiem, sive sub

vespere recitaverint, Indulgentias superius memoratas lucrari valeant.

Quæ quidem benigna Sanctissimi Domini Nostri Papæ concessio, ut facile innotescat, Sacra eadem Congregatio præsens Decretum typis imprimi ac publicari mandavit absque ulla Brevis expeditione in perpetuum valiturum. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem Sacræ Congregationis die 3 Aprilis 1884.—Al. Card. *Oreglia A. S. Stephano*, Præfectus.—*Franciscus Della Volpe*, Secretarius.

MISAS GREGORIANAS.

Siendo la devoción de las Misas Gregorianas una de las mas consoladoras para los corazones católicos, y habiéndose con el tiempo suscitado alguna duda sobre su eficacia y la aprobación de la Iglesia, tenemos hoy el consuelo de insertar el siguiente Decreto de la Sagrada Congregación, la cual aprueba y declara piadosa y racional la devoción de las Misas Gregorianas.

DE GREGORIANO TRIGENARIO
DE ALTARI S. GREGORII
IN MONTE CÆLIO ET DE ALTARIBUS
GREGORIANIS AD INSTAR.

ORDINIS MONACHORUM CAMALDULENSIUM.—Pro animabus e Purgatorio liberandis ab antiquis temporibus Christifideles celebrandas curarunt et curant Missas (quæ *Gregorianæ*, seu *Gregorianum Tricenarium* appellantur), quæ nimirum per triginta continentes dies, exemplum

Sancti Gregorii Magni, in quovis Altari dicuntur. In eundem finem et ab antiquis pariter temporibus Christifideles offerri expostularunt et expostulant Missæ Sacrificium in Altari Sancti Gregorii in ejus Ecclesia Cœlimontana. Tum in triginta illis Missis, tum in quavis Missa ad Altare Sancti Gregorii specialem fiduciam Christifideles, et habuerunt, et habent, veluti si ipsæ ita efficaces sint censendæ, ut anima pro qua celebrantur e Purgatorii pœnis illico liberetur. Verum de duplici hujusmodi praxi dubitari cœptum est a præstantibus quibusdam viris, ea potissime de causa, quod hujusmodi Christifidelium fiducia haud solido fundamento inniti videatur. Quod quidem adeo permovit hodiernum Abbatem Generalem Monachorum Camaldulensium, quibus custodienda tradita fuit Ecclesia in qua Gregoriani Tricenarii praxis initium forte sumpsit, et Altare S. Gregorii existit, ut antecessoris sui preces urgeret, et Sacræ Congregationi Indulgentiis præpositæ dubia aliquot authentice dirimenda exhiberet. Quum vero antea actis temporibus Romani Pontifices, præsertim Gregorius XIII, plurima Altaria tum Romæ, tum alibi, formula usi solemniter «privilegiata (declaraverint) ad instar» Altari Sancti Gregorii in Monte Cœlio et Christifideles haud dissimilem a superius dicta, fiduciam reposuerint, et reponant, in Missis quæ hujusmodi in Altaribus ad juvandas animas in Purgatorio detentas celebrantur: quumque hæc Altaria «Gregoriana ad instar» nuncupata usque ad annum 1852 concessa, ob exorta dubia de discrimine Altaris «Gregoriani ad instar» ob altare sine addito

Privilegiato Pius s: m: PP. IX die 15 Martii illius anni, prohibuerit quominus in posterum concederentur, quoad res maturius perpendetur et absolveretur, hinc opportunum visum est dubiis a Rmo. P. Abbate propositis aliud ex officio subnectere et de eo disquirere, resciens amussim suspensionem a s: m: Pii PP. IX indictam.

Dubia vero proposita hæc sunt quæ sequuntur.

I. Utrum fiducia, qua fideles retinent, celebrationem triginta Missarum, quæ vulgo Gregorianæ dicuntur, uti specialiter efficacem ex beneplacito et acceptatione divinæ misericordiæ ad animæ e Purgatorii pœnis liberationem pia sit et rationabilis; atque praxis easdem Missas celebrandi sit in Ecclesia probata?

II. Utrum fiducia, qua fideles retinent, celebrationem Missæ in Altari Sancti Gregorii in ejus Ecclesia Cœlimontana uti specialiter efficacem ex beneplacito et acceptatione divinæ misericordiæ ad animæ e Purgatorii pœnis liberationem pia sit, et in Ecclesia probata?

III. Utrum idem dicendum sit de Altaribus Gregorianis ad instar?

IV. Utrum expediat revocare suspensionem novæ concessionis Altaris Gregoriani latam ex Mandato Sanctissimii in Audientia 15 Martii 1852?

Quibus in Congregatione Generali habita die 11 Martii 1884 in Ædibus Apostolicis Vaticanis Eminentissimi Patres rescripserunt:

Ad I, II et III Affirmative.

Ad IV. Consulendum Sanctissimo, ut revocet suspensionem novæ concessionis Altaris Gregoriani ad instar.

Die vero 15 ejusdem mensis et anni facta de iis omnibus ab infrascripto Sacræ Congregationis Secretario relatione Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papæ XIII, Sanctitas Sua Patrum Cardinalium responsiones approbavit, et suspensionem Altaris *Gregoriani* ad instar sustulit.

Datum Romæ ex Secretaria Sacræ Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis præpositæ. Die 15 Martii 1884.

ALOYSIS CARD. OREGLIA A S. STEPHANO. *Præf.*—Sigil + lum.—FRANCISCUS DELLA VOLPE, Secretarius.

RESOLUCIÓN IMPORTANTE
de la Sagrada Congregación del
Concilio sobre residencia
parroquial.

Núm. V.

LEGIONEN.—RESSIDENTIÆ.

Die 10 Maii 1884.

Legione apud ecclesiam S. Isidori Capitulum Collegiale habetur, quod vitam et formam obtinuit anno 1148 æx Bulla S. P. Eugenii III et voto Comitiorum in oppido *Palencia* accitorum.

Huius Capituli status singularis prorsus existit, nec consimile quid habet in Hispaniis, nisi in Collegiata S. Mariæ de *Roncesvalles*. Siquidem Capitulares, dum ex clero sæculari assumuntur et per vices ab Episcopo et ab Hispaniarum Rege, tamquam patrono, nominantur, et dum cuique ipsorum a civili gubernio pensio tribuitur, quæ loco præbendæ est, vicissim ipsi insimul habitare tenentur sub quadam re-

gula quæ dicitur esse S. Augustini; et postquam nominati sunt, canonicam institutionem obtinere non valent, nisi integrum annum apud ecclesiam transegerint viventes iuxta cuiusdam novitiatus normas. Ex hoc ista Collegiata *Regularis* solet nuncupari. Et eius status recentius comprobatus est in Concordato anni 1851, et in Bulla S. P. Pii IX *Inter Plurima* data die 29 Iulii 1859 in qua legitur: «Utrasque Collegiatas »S. Isidori nempe Legionensis et »S. Mariæ Roscide Vallis... confirmamus ea tamen lege ut Regula- »rium Collegiatarum Dignitates et »Canonici... uti antea sub Regula »S. Augustini religiosam et commu- »nem secundum antiqua eorum statuta vitam degere pergant.»

Adiiciens relate ad eos qui noviter nominati essent: «nequeant col- »lationem canonicam accipere, nec »in possessionem canonicatum ad- »ire, donec tirocinii annum exple- »verint, religiosamque professionem »emiserint.»

Præscribens «da ultimo ai res- »pettivi Vescoviche formassero den- »tro un anno nuove costituzioni »uguali e conformi quanto fosse pos- »sibile alle antiche, sottometten- »dole prima di metterle in esecuzio- »ne alle aprovazione di Roma.»

Verum in actorum fasciculo sæpius invenitur assertum, hanc Pii IX Bullam exequi adhuc non potuisse; cuius rei causa, ni fallor, saltem præcipua hæc est: videlicet anno 1835 ex civilis potestatis præcepto Consilium Deputatorum Provincia- lium religiosam Capituli domum occupavisse; subinde milites in eam se recepisse, ne adhuc reliquisset, quamvis non semel hoc petitum fuerit, atque ultimum die 12 Aprilis

1882 ab eodem Deputatorum Consi- lio: et quamvis Regium decretum diei 15 Februarii 1878 id quantocius fieri iuberet. Ita porro sublata capi- tularibus domo, et vitam commu- nem desiisse, et novitiatum amplius perfici non potuisse, imo et qui exinde nominati sunt canonici, in- stitutionem in beneficio obtinere haud valuisse consequens erat.

Hisce historice et ad rei intelli- gentiam enarratis factorum spe- ciem subiiciam, ex quibus præsens controversia orta est.

Itaque quum hodiernus Episco- pus ad Legionensem sedem evectus est hoc malum invenit, videlicet plures sacerdotes, qui vel in Legio- nensi vel in alia diocesi animarum curæ addicti erant, a Regio patrono fuisse nominatos ad Canonicatus S. Isidori, et exinde Legione com- morari pensionemque recipere nec tamen parochiam dimittere, imo eam retinere, hac forsitan ductos de causa, quod institutionem in Canonicatu adhuc non obtinuis- sent: ideoque plures parœcias Vica- riis per indefinitum tempus cum animarum damno et plebis offensio- ne esse commissas.

In hoc rerum discrimine cum consilium a S. Sede Episcopus roga- visset, S. I. C. die 24 Ianuarii res- pondit, ut Episcopus «sacerdotibus, »de quibus in precibus, terminum »præfigeret, ut, quatenus ipsi veri »canonici diiudicari nequeant, re- »deant ad residentiam parochialem »et consulant conscientiam suam quod redditus canonicales absque le- »gitimo titulo perceptos: termino »autem inutiliter elapso procedat »contra detrectantes ad formam iu- »ris. Quatenus vero iidem sacerdotes »diiudicari debeant veri Canonici,

«idem Episcopus procedat contra eosdem ad formam iuris, nisi infra congruum terminum alterutrum beneficium dimittant.

Huius rescripti vi omnes Canonici S. Isidori qui simul parochiam obtinebat, illam prompte dimiserunt, præter Ioannem Sanchez parochum SS. Salvatoris in oppido *Villamañam*. Hic enim utrumque, sive parochiam sive canonicatum dimittere detrectabat; et cum sæpius paterno more ab Episcopo monitus esset ut alterutrum iuxta legem seligeret, verba infructuosa evaserunt. Ideo tandem solemnibus litteris diei 9 Aprilis 1880 præscriptum ei fuit ut intra octiduum præceptis sibi factis pareret. Verum tunc poposcit, quæstio ad tribunalia deferretur; et Legionensis Præsul pro bono pacis ut ipse ait, precibus equievit; et ad hanc causam videndam Canonicum Doctoralem Caietanum Sentis delegavit.

Porro coram iudice sacerdos Sanchez se parochum esse confessus est; talemque permanere velle, usquedum ad canonicatum S. Isidori institutionem non obtineret: tum enim lubenti animo parochiæ titulo nunçium missurum fore: interea tamen tanquam novitium Canoniorum Regularium S. Isidori (talem enim se dictitabat) nullo modo posse suo jure spoliari.

Verum iudex, audito procuratore fiscali, cum perspexisset inane effugium ad legis rigorem vitandum in medium a Sanchez adduci, die 7 Iulii 1880 huic sacerdoti præfixit terminum 10 dierum ut ad parochiam regrederetur.

Contra hanc interlocutoriam sententiam Sanchez protestatus est et appellationem quoque ab ea inter-

ponere apud Metropolitanum tentavit, quanvis incassum. Quia iudex die 14 eiusdem mensis utrumque remedium ei excludebat, et terminum 10 dierum antea præfixum iterum ei confirmabat.

Inter hæc decendium elabebatur et cum ad suam parochiam hic sacerdos non redisset, iudex eum contumacem primum declaravit, die nempe 21 Iulii; et subinde, die nempe 29, definitivam sententiam tulit, qua sacerdos Sanchez parochia privabatur et ad litis expensas damnabatur.

Appellatione illico interposita, omnia gesta in tribunali primæ instantiæ ad Metropolitanum transmissa sunt; sed quia appellatio admisa fuerat tantummodo quoad effectum devolutivum, ideo Patronus, cui subest parochia Villamañan, illico ad hanc ecclesiam præsentavit sacerdotem sibi benevisum, quem Ordinarius acceptavit quidem, sed, ceu videtur, non instituit.

Etenim inter hæc Metropolitanus, rebus perpensis, sententiam iudicis inferioris rescidit, decrevit D. Sanchez teneri ad residentiam parochialem sub pœnis a C. Tridentino statutis, eundemque omni iure carere ad residendum et officium implendum in ecclesia Collegiata S. Isidori, nisi Episcopus potestatem ei dederit pro diœcesis bono; et declaravit litis expensas esse *de officio*.

(Continuabitur.)

MES DEL ROSARIO

Un tomo en 8.º encuadernado en tafilete.—Se vende en esta Imprenta, al precio de 8 rs. ejemplar.

Imp. y lib. de L. Lopez, Rúa 5.